

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Diuicie ax  
cum fonte primo

Diuicie quantis implicite sint malis breuissime monstrabo.  
Quid enim pecuniam ne congregare conaberis,  
sed eripies habenti. Dignitatibus fulgere uelis;  
danti supplicabis et qui preire ceteros cupis,  
poscendi humilitate uilesces. Potenciam desideras;  
subiectorum insidiis obnoxius periculis subiacebis.  
Gloriam petas, sed per aspera queque distractus securus esse desistis.  
Voluptariam uitam degas,  
sed quis non spernat atque abiciat uilissime fragilissimeque rei,  
corporis, seruum esse?

Boecius III. de consolacione.

Quantis uero implicite malis sint breuissime monstrabo.  
Quid enim? Pecuniamne congregare conaberis?  
Sed eripies habenti. Dignitatibus fulgere uelis?  
Danti supplicabis et qui praeire ceteros honore cupis  
poscendi humilitate uilesces. Potenciamne desideras?  
Subiectorum insidiis obnoxius periculis subiacebis.  
Gloriam petas? Sed per aspera quaeque distractus securus esse desistis.  
Voluptariam uitam degas?  
Sed quis non spernat atque abiciat uilissimae fragilissimaeque rei,  
corporis, seruum?

Boethius, *Philosophiae consolatio*, 3.8. prosa 2-6  
(CCSL 94, L. Bieler ed., pp.47-8, ll.3-12).